



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Fides.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

nietur, secundum Cyn. in l. ad commentariensem. C. de custo. reo. si autem fuerit in dolo, punietur pena arbitria glossa. in can. cum homo. 23. q. 5. sed si habuerit ex officio custodiā, eadem pena punietur, si est in dolo, vel si ex eius nimia negligētia fugit, ut in d.l. commentariensem.

<sup>8</sup> In causa criminali, in qua pena corporalis venit imponenda, nullus potest interponere fideiussorem: secundum Pan. in rub. de fideiuss. & sic intelligitur cap. si clericos. de senten. ex com. lib. 6. securus quando talis pena non venit imponenda. Et est bonus tex. in d.c. cum homo. & in glossa.

<sup>9</sup> Cum plures sunt fideiussores in solidum, si sunt omnes presentes, & soluendo, & postulent inter eos debitum diuidi ante item contestatam, possunt hoc beneficio Adriani posito. C. de cōsti. pecu. l. duui Adriani. vii. nisi illi renunciaverint, secundū Pan. in d. ca. peruenit. cod. titu. ff. eod. l. si dubitet. §. 1. Insti. eod. §. si plures.

<sup>10</sup> P R A E S E N T E debitore principali, & indiscusso, fideiussor non potest conueniri: secundum Pan. in d. ca. perreunt, nisi debitor notoriē sit non soluendo, vel non possit conueniri. auth. presente. C. eod. & nisi renunciauerit huic beneficio: ut C. de duob. re. sti. authen. hoc ita.

<sup>11</sup> C R E D I T O R tenetur credere fideiussori actiones suas, quas habet cōtra eum, pro quo fidem iussit, aliter potest ei denegare solutionem debiti. l. modestissimus. ff. de solut. & l. fideiussoribus. ff. cod. titul.

<sup>12</sup> D E B I T O R tenetur fideiussori de omni damno, quod ei evenit ex sua culpa propter fideiussionem. de for. compe. c. li. & c. 2. & 3. co. tit. quia officium suum nulli debet esse damnum. ff. de furt. l. si seruus communis,

<sup>13</sup> Si fideiussor soluat creditori vſuras sine obligatione, & consenserit debitoris, & coactio, non poterit repetere a debitore. Sibi enim imputetur si fecit, quod non debuit facere: secundum Pan. in d.c. 2. Si autem fideiussor, vel cū iuramento, vel sine, soluere vſu-

ras, sciente, & consentiente debitore, in conscientia repeteret potest a debitor, siue soluerit coacte, siue spōie, nū soluerint in fraudem, vt scilicet fateretur vſuratio, & imputetur ipsi debitor, qui si fidei iubete fecit de vſuris, quicquid sit in foro ciuili. Debuit enim op ponere exceptionem, quando cogebatur soluere.

<sup>14</sup> Si fideiussor vſque ad certum termīnum pronūlit pro debitor, & creditor prolonget terminum debitoris absque noua promissione fideiussoris, transfacto illo certo termino, fideiussor liberatur: secundum Panormita. in c. constitutus. eod. Securus si obligatio absoluta: quia tenebitur etiam prorogato termino debiti. argumen. in c. cum dilecti. de do. & l. Celsus. ff. de arbitris.

<sup>15</sup> L I C I T U M est fideiussori aliquid moderatum accipere a debitor vltra sortem, ratione periculi, vel laboris, si nota vſuraria: quia hic nō est mutuū non autem ratione facti, scilicet quia fidei iubet: quia tunc esset res iniqua & multo minus licet, si adiūta fraus, vt quando conuenit cum creditore, ne credat sine fideiussore, vt ex hoc fidei iubendo lucretur aliquid, quod proculdubio dolum innuit.

<sup>16</sup> F I D E I U S S O R in tribus casibus potest agere contra debitorē, vñlibet cum ante solutionem: vt elicit glossa. ex text. d.c. fin. cod. titu. vt si diu in debiti solutione stetit. Si debitor bona sua dissipare incipit, si condemnatus super fideiussione fuit, si que ab initio sic conuentum est.

## F I D E S.

<sup>17</sup> F I D E S quomodo sit necessaria ad salutem, & quid explicit de necessitate sit credendum. suprà, Credere. §. 1. & 2.

<sup>18</sup> N V L L Y s potest se excusare si non credit, quia non habet instructorem, quia si faceret quod in se est. Deus, qui non deficit in necessariis, mittet iustitatem aliquem: sed quia nō facit quod potest, id ē peccat, & sic, si non credit, imputetur sibi, quia posuit obicem peccando, non faciendo quod facere



facere debuit, secundum Tho. ad Ro. 6. Errans in his, quae sunt fidei, etiam  
e. 10 lect. 3. col. 3.  
3 Ad fidem pertinent articuli fidei  
directe, secundum Thom. secunda se-  
cunda. q. 11. a. 2. & omnia, quae sunt  
in sacra scriptura per accidens, tan-  
quam praedictorum declaratiua. ibid.  
a. 6. ad 1. & omnia, quae sunt in doctri-  
na ecclesie. ibid. q. 1. quia ecclesia uni-  
uersalis in his, quae sunt fidei, errare  
non potest, ut dicit l'norm. in c. 4 no-  
bis de senten. excō. scriptum est enim.  
Ego rogavi pro te Petre ne deficiat fi-  
des tua. In alijs autem errare potest ec-  
clesia vniuersalis, id est concilium, vt  
est text. clares in d.c. à nobis. vnde di-  
ctum Hieronymi prælatum fuit sen-  
tentia concilij, vt patet in c. tria. 36. q.  
2. & ca. placuit. Non autem circa mo-  
res bonos potest finaliter errare sta-  
tuendo, & ordinando decreta, secun-  
dum Tho. quol. 9. quæst. ultima. Erra-  
re etiam potest in particularibus fa-  
ctis hominum, & iudicis.

4 E D E R E symbola fidei contra in-  
surgentes haereses, & determinare du-  
bia in fide, ad Papam pertinet, vt di-  
cit Thom. secunda secunda. q. 1. &  
At. Floren. 4. par. titul. 8. quia ipse to-  
tæ ecclesiæ præfet, cuius autoritate  
congregatur synodus, & eius senten-  
cia firmatur, & sine eo congregati non  
potest. Thom. in opusculo contra in-  
pu. reli.

5 E R R A R E potest etiam Papa, quia  
potest effici haereticus, sicut Anasta-  
sius. d. 19. cap. Anastasius. Et de facto  
erravit Nicolaus Papa, in illa constitu-  
tione. Exiit de verb. fig. dicens Chri-  
stum, & Apostolos nihil habuisse in  
communi, quantum ad dominium.  
Quia constitutio postmodum fuit revo-  
cata per Ioan. XXII. per extrauagan-  
tem, quæ incipit. Quia non nunquam  
& carera, tamen Papa ut caput ecclæ-  
sis, id est, ut viens suorum mesubro-  
rum auxilio, per consilia, & orationes,  
& faciendo quod in se est, errare no  
potest, quia sic sequitur motum spiri-  
tus sancti, à quo mouetur, qui spiritus  
sanctus errare non potest, & consequē-  
ter ecclæsa, quam regit.

6 E R R A N S in his, quae sunt fidei, etiam  
subtilitatibus cum pertinacia, morta-  
liter peccat, & est haereticus, & sic in-  
telligit Speculat. in titul. de haereti, &  
ca. schisma. 14. q. 1. Si autem errat sine  
pertinacia, paratus corrigi circa ea, quæ  
non tenetur explicitè credere, non pec-  
cat mortaliter, nec est haereticus, & sic  
intelligit S. Thom. secunda secunda  
q. 2. a. 6. ad 2.

7 F I D E I confessio cùm sit preceptū  
affirmatiuum, obligat pro loco, &  
tempore, & non semper. Obligat  
quando propter eius omissionem de-  
bitus Deo honor, vel utilitas proxi-  
mis impendenda sustraheretur, ve  
cùm quis interrogatus de fide tace-  
ret, & propter hoc erederetur, quod  
ipse non esset Christianus, vel quod  
fides non esset vera, vel alij à fide auer-  
terentur, secundum Thom. secunda  
secunda. quol. 3. a. 2. in quo casu tene-  
tur quis confiteri, etiam morte immi-  
nente.

8 S i turbatio infidelium oriatur de  
confessione fidei manifesta, absque  
aliqua utilitate fidei, vel fidelium, in  
tali casu fidem publicè confiteri non  
est laudabile: securus quando aliquia  
speratur utilitas, vel adebet necessitas  
iuxta illud Matth. 25. Sinite illos (sci-  
licet turbari) quia cœci sunt, & duces  
exortum. Facit. e. in mandatis 43. di-  
stinctione.

9 F A C I E N S aliquo timore actum  
significantem distinctè infidelitatem,  
vt immolando idolo, vel portando  
vestem designatam ad aliquod deteg-  
minatum signum infidelitatis, & hu-  
iustmodi peccat mortaliter, vt in c. si-  
cure satius est mori, quam vti idolo-  
thyto. Securus quando non determi-  
natè significaret infidelitatem, sicut  
S. Sebastianus ex hono zelo, cbla-  
myde militari viebatur. Concordat  
Caietan. secunda secunda. q. 12. ar. 1.  
Infi-  
delitas. § 14. nullus timor etiam ca-  
dens in constantem excusat à confes-  
sione fidei modo dicto: nam propter  
Dei honorem, vitam quilibet tenetur  
exponere.

